



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

25. De Clerico percussore

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](#)

Justas causas ad id habere potest, quales v.g. fo-  
rent, ne subditi ab aliis functionibus cum damno  
Reip. abstractantur. Ne armis tractandis cum  
periculo seditionis assuescant. Ne sub specie  
venationis prædas agant, latrocinia exerceant.  
Pichl. b. t. n. 5. præterea assert rationes ex  
scriptione, voluntaria subditorum cessione, or-  
cupatione bellica petitas, 2. Non peccat unam  
per se loquendo graviter subditus, si unam ab  
rämve feram contra Principis prohibitionem ca-  
piat. Ita habet communis persuasio, optimall.  
humanarum interpres, 3. Nec peccat regulen-  
ter contra justitiam, quia prohibito non funda-  
tur in jure proprietatis, 4. Nec obligatur ad re-  
stituendam feræ illicitè captæ estimationem. Ra-  
tio, quia licet quis contra edictum Principis ve-  
netur, fera tamen ipsius fit, utpote antecedenter  
nullius. &c.

## TITULUS XXV.

### De Clerico Percussore.

**Q.** 1. An prohibitum sit Clericis, ne Laicum pa-  
cutiant? *Resp.* ad 1. Omnibus Clericis  
præcipue constitutis in Ordinibus sacris, prohibi-  
ta est percussio laici propriâ manu facta. *can. 1.*  
*& 7. dist. 45. can. 25. dist. 86. c. 1. h. t.* Si fur-  
rit verberatio gravis, graviter, si levis, leviter  
reg. est prohibita, Ratio, quia repugnat gravis  
graviter, levis leviter charitati proximi, mode-

stie Clericali, & mansuetudini Christi. Possunt tamen Præceptores, Moderatores, & Magistri AA. LL. venire ad verbera moderata. can. 19. dist. 1. de pœnit. etiamsi discipuli, quos corrigunt ita, sint Clerici. c. 10. & 54. §. fin. de sent. Excomm. Episcopi etiam & superiores Regulares possunt Clericos sibi subditos, si fuerint in minoribus, ob causas leves, si in majoribus constituti, ob graviores verberibus castigare. can. 8. dist. 45. can. 25. pr. dist. 86. non tamen propria manu Episcopus potest percutere. can. 25. cit. sed percussionem committere debet Clerico, non laico de jure, nî velit ipse cum Laico percutiente excommunicationem incurrere, etiamsi justa verberationis causa subsit. arg. c. 24. de sent. Excomm.

Q. 2. Sub quibus pœnis prohibitum sit Clericus, percutere Laicum? Resp. Si Clericus percuferet laicum, pœna primâ vice pro qualitate & circumstantiâ percussionis, est arbitaria; si se Clericus non emendaverit, sed facilè ac passim ex indignatione subitanè ob leviores etiam defectus ad verbera procedat, deponi potest & debet. arg. c. 1. b. t.

## TITULUS XXVI.

### De Maledicis.

Q. 1. Maledictum quid & quotuplex? Resp. I. In genere maledictum, nomine à maledicto velloquendo derivatō, est mala locutio de-